UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Euclio Congrio

urn:nbn:de:hbz:466:1-71292

Visual Library

Aulularia.

¶ Euclio Congrio

Volui animum tandem conſolare meum
Ut bene haberem filię nuptijs
Uenio ad macellum, rogito piſces, indicant
Caros agninā caram, caram bubulam
Uitulinam, cetum porcinam, cara omnia
Atqꝫ eo fuerunt cariora, quia ęs non erat
Abeo iratus illinc, quoniam nihil eſt qui emam
Ita illis impuris omnibus abij inanis
Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occœpi, feſto die ſi quid prodegeris
Profecto egere liceat, niſi peperceris
Poſt hanc rationem cordi ventriqꝫ edidi
Acceſſit animus ad meam ſententiam
Quā minimo ſumptu filiam vt nuptum darem
Nunc thuſculū emi, et haſce coronas floreas
Hec imponentur in foco noſtro lari
Ut fortunatas faciat gnate nuptias
Sed quid ego apertas ędes noſtras conſpicor?
Et ſtrepitus eſt intus, numnā compilor miſer ego
Con. Aulā maiorem ſi potes vicinia
Pete, hec parua eſt capere non quit. Eu. heu mihi
Perij hercle, aurꝫ rapitur, aula queritur
Nimirꝫ occidor, niſi ego intro huc propero currere
Apollo queſo ſubueni mihi atqꝫ adiuua
Confige ſagittis fures theſaurarios
Cui in re tali ſubueniſti ante hac
Sed ceſſo prius q̄ prorſus perij currere.

¶ Anthrax Euclio.

O Dromo deſquama piſces, tu Macherio
Congrꝫ murenam exdorſa quantum potes,